

diff. Authent. Quibus modis natur. efficitur legitim. cap. Si quis sanè. versic. Liceat igitur. collat. 6. ibi: & suos de cetero sub potestate habere. textus etiam in cap. Sit igitur licentia. ejusdem Authent. ibi: & hoc factò exinde filios frui tali solatio. & notat & commendat Angel. in §. Si quis verò non habens. ejusdem Authent. Ergo in nostro casu & quæstione ista legitimatio, quæ fit per subsequens matrimonium, non trahitur retrò in præjudicium filii legitimi & naturalis, & juris sibi jam quæsiti; maxime quòd ista legitimatio principaliter procedit favore & virtute matrimonii, ut suprà dixi: Sed ibi concurrunt illud primum matrimonium; ergo in ejus damnus & præjudicium non debet fieri legitimatio, sed primum semper præferatur in omni jure & effectu succedendi matrimonio, argumento textus qui bene in proposito facit, in leg. Assiduis. §. 1. vers. Exceptis. Cod. Qui potior. in pignor. habeant. Tertio principaliter facit textus in cap. Si pro te. de Rescript. lib. 6. ubi, si alicui prius sub conditione mandatur provideri de præbenda vel beneficio vacaturo, & alteri secundo purè, qui secundus pendente conditione primi receptus fuit; ille præfertur, licet postea verificetur conditio, & primus etiam receptus sit. Quarto notabiliter facit text. in cap. Quamvis. eodem tit. de Rescript. lib. 6. ubi, si Papa concessit alicui gratiam, per quam mandabatur sibi provideri in certa Ecclesia de beneficio vacaturo, & talis gratia fuerit revocata, & alteri concessa; licet postea primus fuerit ad gratiam restitutus, non præfertur secundo cujus erat quæsitus; quia ejus restitutio debet intelligi sine præjudicio tertii: facit etiam textus in cap. Si apostolica. de Præbend. lib. 6. Quinto facit textus in leg. Quoties. Cod. de Rei vindication. ubi habetur, quòd semper ille est potior in aliquo jure, in quo concurrunt traditio, & qualitas prælationis: ergo in proposito nostro præferatur filius legitimus, quia in eo prius concurrerat qualitas legitimatis, & per consequens jus successio- nis. Sexto & finaliter pro hac sententia & conclusione facit: quia in decisionibus causarum potest allegari æquitas & ratio naturalis tanquam lex scripta: textus est valde notabilis in leg. Scire oportet. §. Sufficit. ff. de Excusation. tutor. ibi: Cujus fidem sufficit firmare ex ipsa naturali justitia, quem ad hoc notat & commendat ibi Jacob. Cin. Bald. & alii DD. antiqui; illum etiam text. ad hoc notat Bald. in leg. Cum in antiquioribus. penult. colum. Cod. de Jur. deliberand. text. in leg. Cum ratio. ff. de Bonis damnat. cujus verba sunt: Cum ratio naturalis quasi lex quædam, &c. & ibi notat Al-

ber. & alii DD. Item facit, quia ratio nihil aliud est secundum Philosophos, quam adæquatio veritatis ad intellectum: Item etiam facit secundum Aristotelem, quòd querere legem ubi est ratio naturalis, est infirmitas intellectus: Sed in nostro casu & quæstione mulier nobilis, vel quælibet alia uxor legitima reperietur graviter decepta, si filius ejus legitimus non succederet; cum aliàs non contraheret, si alter naturalis legitimatus deberet succedere in majoratu, & præferri filio legitimo: Ergo talis filius legitimus & naturalis succedat & præferatur filio naturali legitimo.

Et in expresso istam sententiam & conclusionem, scilicet, quòd præferatur filius legitimus, tenet Joan. Andr. in cap. Tanta. Quis filii sint legitimi. 1. colum. post princip. & ibi Anton. penult. colum. Card. 2. colum. num. 5. Ancharran. penult. colum. num. 12. Præposit. in cap. Per venerabilem. §. Quod autem. eodem tit. ubi plenè loquitur, 17. colum. num. 32. Joan. Andr. latius & notabilius quàm alibi, in Regul. Sine culpa. de Regul. jur. in 6. 8. colum. versic. Secunda etiam principalis quæstio. Dominic. in cap. Si pro te. 2. colum. num. 7. de Rescriptis. lib. 6. & ibi Ancharran. in fine. Jacob. de Bellovisu in Authent. Quibus modis natural. efficiunt. sui. §. Tribus. 1. colum. versic. Queritur. Jacob. Butr. in leg. Quoties. Cod. de Rei vindic. 1. colum. post princip. & ibi Bald. 2. colum. num. 6. Salic. 2. colum. num. 11. Paul. 2. colum. num. 4. Jas. 9. colum. num. 40. tenet etiam Rainer. Angel. & Joan. de Imol. in leg. Cum decem mihi. §. final. ff. de Solution. Alber. in leg. Cum quis. penult. colum. Cod. de Natur. liber. idem Alber. in leg. final. 1. colum. Cod. ad Macedon. idem Alber. in 1. Præfation. Digestor. §. Discipuli. final. colum. penult. quæst. tenet etiam Angel. in leg. Gallus. §. Et quid si tantum. final. colum. ff. de Liber. & posthum. & ibi Paul. penult. colum. Alexand. penult. colum. Jas. 18. colum. num. 77. Platea in fin. Instit. de Nupt. 2. colum. princip. Tenet etiam latè & notabiliter Anton. de Rosell. in tractat. Legitim. fol. 90. versic. Restat. Matthæus de Laude, in tractat. de Primogenit. 2. fol. 32. & 33. quæst. Joan. le Cirier. in tractat. de Primogenit. 14. quæst. in princip. Summa Sylvestrina in verb. Filii. num. 15. Cifuentes in leg. 40. infra, his legib. Tauri. 1. quæst.

Quibus præsuppositis, dico, quòd talis filius legitimatus per contractum matrimonii, vel per rescriptum principis, habetur in omnibus & per omnia pro legitimo, & succedit parentibus ab intestato vel ex testamento ex quovis alio titulo, imò, quòd magis est, ha-

bet jura suitatis, & omnes eius effectus, sicut verè legitimus: istud est singulare & unicum dictum Bald. in leg. Eam quam. Cod. de Fideicommiss. 1. colum. in fin. quòd dictum dicit unicum, & non alibi Jason in leg. Qui se parit. Cod. Unde liber. 4. colum. num. 12. idem Jason in leg. 2. ff. de Vulgar. 5. colum. in princip. num. 20. Pro qua sententia & conclusione facit tota rubrica, in rubro & nigro, in Authent. Quibus modis natur. efficitur. sui. collat. 7. & in specie text. in cap. Et quoniam variè. ejusdem Authent. ibi: Nihil dissimilis legitimis. text. in cap. Reliqui. eodem. ibi: Danus habere etiam successionem illam quam habent hi qui ab initio legitimi sunt. Quæ jura ad hoc considerat Corne. in leg. 3. Cod. de Jure delib. 21. colum. num. 17. text. in Authent. Quibus modis natural. efficiunt. legitim. cap. Sit igitur licentia. ibi: Ut sub potestate ejus consistant, nihil à legitimis filijs differentes. text. in dict. versic. Liceat. ejusdem Authent. ibi: Et suos de cetero & sub potestate habere. text. in leg. Cum quis. in fine. Cod. de Natural. liber. ibi: Omnes filios suos in potestate suis existere genitoribus. textus notabilis & expressus in §. Quibus. Instit. de Hæredit. qua ab intestat. quem ad hoc consideravit Jason in Rub. de Liber. & posthum. 3. colum. num. 10. (f) Ex quo infero, quòd tali filio legitimo debetur Legitima: Item, quòd si sit præteritus, habet jus dicendi nullum de jure civili, & bonorum possessionem contra tabulas de jure prætorio; & si sit exhæredatus, habet quærelam: & denique habebit omnia illa remedia contra testamentum patris, quæ habet filius legitimus & naturalis, ut est textus clarus & expressus in Authent. de Incestis nupt. cap. Dubitarum. in fin. collat. 2. hoc nedum quando erat jam legitimatus tempore testamenti, sed etiam si legitimetur postea; nam rumpitur ipso jure testamentum, tanquam agnatione vel nativitate sui hæredis: de quo articulo plenè & notabiliter per Modernos, præcipuè Jason, ubi melius quàm alibi tangit in Rub. ff. de Liber. & post. 2. & 3. col.

Advertendum tamen, quòd hoc clare procedit non extantibus alijs filiis legitimis & naturalibus: sed eis extantibus, est dubium, an cum eis succedant legitimi? In quo articulo breviter dico, quòd si sunt legitimi per subsequens matrimonium, tunc bene succedunt cum eis, quia inter eos nulla est differentia (g). Si verò sunt legitimi per rescriptum Principis, tunc dico, quòd si in rescripto continetur, quòd sin legitimi etiam extantibus legitimis, & in eorum præjudicium, (quòd Princeps facere potest, cum possit per legem vel rescriptum diminuere legitimam,) succedunt cum eis (h): Aliàs verò, si hoc non dictum est, non possunt succedere cum eis, nec talis legitimatio eis aliquòd præjudicium facit; quia præsumitur, quòd si Princeps sciret non legitimet: ita expressè tenet Jacob. de Bellovisu in Authent. Quibus modis natural. efficiunt. sui. in princip. 2. colum. versic. Queritur. & Salic. notabiliter in Authent. Item sine. Cod. de Naturalib. liber. in princip. licet corruptè allegetur, Item si quis. Et hoc apertè voluit Hostiens. in cap. Tanta. 2. colum. in princip. Quis filii sint legitimi. Tenet etiam notabiliter Anton. in cap. Per venerabilem. eodem tit. 13. colum. in medio. num. 15. & ibi Abbas. 6. colum. num. 17. Tenet etiam Paul. in leg. Gallus. §. Et quid si tantum. de Liber. & posthum. penult. colum. num. 16. & ibi Aretin. 13. colum. num. 26. & ibi Jason 19. colum. num. 79. ubi dicit hanc communem opinionem: Paul. in leg. Ex factò. in fin. de Vulgar. Jacob. Albarot. in cap. 1. §. Naturales. Si de feudo fuerit controversia inter donat. & agnat. 2. colum. num. 4. Anton. de Rosell. in tractat. Legitim. fol. 97. versic. Modo videamus. 2. colum. num. 3. Verum tamen est, quòd aliqui Doctores summæ autoritatis tenent contrarium, imò quòd non possit Princeps de plenitudine potestatis legitimare ut succedat cum legitimis, quia videtur contra jus Divinum, quo cavetur; non enim erit hæres filius ancilla cum filio libera, ut habetur Genes. cap. 21. & transumptivè in cap. Dicit aliquis. 32. quæst. 4. & in Epistola Pauli ad

(f) Eandem sententiam tenet Ripa in leg. Si unquam. in Rubric. num. 86. de Revocand. donation. Tiraquell. hoc latè probans in dict. leg. Si unquam. verb. Susceperit liberos. num. 63. Chasaneus in consuetud. Burgundia. Rubric. 7. §. 1. fol. 228. colum. 4. num. 7. Dueñas Reg. 350. Ampliatione. Matienz. in leg. 10. titul. 8. lib. 5. gloss. 3. num. 2. & in Rubr. leg. 1. titul. 1. lib. 5. Recop. gloss. 1. num. 123.

(g) Id etiam defendit Azeved. in libr. 10. tit. 8. lib. 5. Recop. num. 24.

(h) Idem tenet Tell. in leg. 12. Tauri, num. 13. & 14. Matienz. alios referens in leg. 10. titul. 3. lib. 5. Recop. gloss. 2. num. 2. & vide Costam latè de hac quæstione agentem in §. Et quid si tantum. 1. part. num. 133.

ad Galatas, cap. 4. ibi: si filius, ergo heres per Deum: Ex quo fundamento & ratione ita tenet Andr. Iser. in dict. cap. 1. §. Naturales. Si de feudo fuerit controvers. 2. colum. num. 4. licet in ejus lectura corruptè sit allegata illa rubrica. Sed ad hoc potest responderi, quòd illa autoritas potest & debet intelligi, quòd spurius non succedat sine legitimatione: Item & secundò, quòd Princeps potest diminuerè legitimam filiorum.

68 Unum tamen est, quòd eo casu, quo talis filius legitimatus potest succedere cum legitimis, non poterit eum pater meliorare in tertio & quinto per contractum, vel ultimam voluntatem, imò nec poterit succedere in plus quàm succedat filius legitimus, qui in minus succedit: ita probat textus singularis & unicus in jure in Authent. Quibus modis natural. efficiunt sui. cap. Et quoniam variè. collat. 7. ibi: Ita tamen, ut non amplius habeat uno horum qui ab initio legitimi sunt, & inter omnes minus habente. & ad hoc illum textum dicit ibi singularem Angel. & illum textum dicit unicum Bald. in cap. Per tuas. de Major. & obed. 1. colum. num. 3. & per illum textum ita etiam tenet Jason in leg. Gallus. §. Et quid si tantum. de Liber. & posthum. 21. colum. num. 91. similis tamen text. est in leg. Communem. §. Et quoniam. Cod. de Natur. liberis (i). Sed ego teneo contrariam sententiam, imò, quòd possit meliorari & in plus succedere, sicut verè legitimus: argumento textus in Authent. Quibus modis natural. efficiunt sui. cap. Reliqui. collat. 7. text. in Authent. de Incestis nuptiis. cap. Dubitatum. collat. 2. text. in Authent. Quibus modis natural. efficiunt legitim. cap. Sit igitur. collat. 6. Nec obstat textus in dicto §. Quoniam variè. Quia intelligitur in legitimo per oblationem Curia, quia in eo coarctaretur successio, ut patet ex sequentibus.

Item adde, quòd si tempore legitimationis pater non habebat filios legitimos & naturales, & postea illos habuit, de jure communi tales filii legitimi indistinctè succedunt cum aliis legitimis & naturalibus postea habitis: ita probat textus notabilis in leg. Si te Parens. Cod. de Suis, & legitim. liber. per quem ita tenet ibi Bald. & communis opinio: tenet etiam Spec. in tit. de Succession. ab intestat. vers. Sed ex facto. num. 31. & Alber. in Authent. Licet. Cod. de Natural. liberis. Tenet

(i) Vide Molinæum in consuetud. Parisiens. titul. de Materia feudali. §. 8. gloss. 1. num. 46. Socin. in leg. Gallus. §. Et quid si tantum, num. 28. & ibi Jas. num. 108. & Coltam ibid. 1. part. num. 137. cum sequentibus, Matienz. in leg. 7. tit. 8. lib. 5. gloss. 4. num. 2. & qua addidi ad num. in additione B. ibi, imò etiam si esset, &c.

etiam notabiliter Ant. de Butr. in cap. Per venerabilem. Qui filii sint legitimi. 15. colum. num. 18. & ibi Abbas 7. colum. num. 30. illam etiam conclusionem tenet notabiliter Bartol. in leg. Ex facto. ff. de Vulgar. & pupil. 2. colum. num. 3. Bald. in fin. Angel. 1. colum. num. 3. Imol. 3. colum. versic. Extra glossam. Alexand. ibi 3. colum. num. 20. Jason ibi, 4. colum. num. 15. qui dicit hanc esse magis communem opinionem: Andr. de Iser. in cap. 1. §. Naturales. Si de feud. fuerit controversia inter dominum, & agnatum. in 2. colum. num. 5. Summa Sylvestr. in part. Filii. num. 14. Anton. de Rosell. in tractat. Legitimationis. fol. 99. versic. Ultimo quæro. num. 25. Confirmatur, quia actus legitimationis fuit perfectus & consummatus tempore habili; unde postea non irritatur. Contrarium expressè probat textus notabilis in leg. Ex facto. ff. de Vulg. & pupil. in princip. ubi, si pater qui habebat filium puberem & majorem mutum, impetravit à Principe, ut possit ei pupillariter substituere, & sic pro eo testari, & postea talis filius mutus duxit uxorem, & procreavit filium legitimum, ita tim censetur revocata talis licentia Principis, & per consequens ipsa substitutio pupillaris quam pater fecit, quia videtur cessare causa per quam fuit talis licentia patri concessa, scilicet quia filios non habebat: & per illum textum ita tenet ibi Dinus, quem refert Bart. Alber. & DD. Guido de Suza, quem refert Joan. Andr. in addit. ad Speculum Institut. de Success. ab intestat. versic. Sed ex facto. Oldrad. singulariter in consil. 247. colum. 2. Paul. de Castr. in leg. Ex facto. ff. de Vulgar. & pupil. in fin. & ibi Aretin. 4. colum. num. 8. Guid. de Suza, Alber. & alii DD. antiqui in leg. Tale pactum. §. final. ff. de Pactis. quoad honores verò & alios effectus non irritatur prædicta legitimitio secundum eos. Et licet opinio Bartoli esset magis communis, tamen hodiè approbatur & confirmatur opinio Dini & sequacium tanquam magis æqua, per leg. 12. infr. his legibus Tauri, ubi expressè disponitur, quòd non succedant cum filiis postea natis ex legitimo matrimonio, vel cum filiis legitimis per subsequens matrimonium, licet quoad alia remaneat legitimitio valida, scilicet quoad honores & dignitates patris, & quoad succedendum agnatis, & cognatis.

Item

69 Item adde, quòd tales filii legitimi per subsequens matrimonium, vel per rescriptum Principis, succedunt indifferenter omnibus agnatis & cognatis patris, vel matris; & ipsi succedunt eis ab intestato, & ex testamento, sicut veri legitimi (k): Ita probat text. in Authent. Quibus modis natural. efficiunt sui. cap. Reliqui. collat. 7. text. in cap. Illud. versic. Si quis ergo. eodem tit. text. in cap. Et quoniam variè. eodem tit. Neque obstat text. in Authent. Quibus modis natural. efficiunt sui. cap. Filium vero. collat. 7. Quia tantum loquitur & debet intelligi in filio legitimo per oblationem Curia, non aliàs; & ita tenet & declarat Bart. in Authent. Quibus modis natural. efficiunt sui. Tribus. collat. 7. idem Bart. in Authent. de Incest. nuptiis. cap. Dubitatum. collat. 2. Specul. notabiliter in tit. de Succession. ab intestat. versic. Quid de legitimis per Principem. num. 21. Anton. de Butr. qui notabiliter loquitur. in cap. Per venerabilem. Qui filii sint legitimi. 15. colum. num. 17. & ibi Abbas 7. colum. num. 28. Jason in leg. Si is qui pro emptore. ff. de Usucapionib. num. 264.

70 Item quæro, si Rex vel Princeps ad instantiam patris legitimavit filium naturalem, hoc pacto, vel clausula apposita, ut non possit succedere nisi in illa parte vel portione, quam pater velit sibi relinquere, & an valeat talis legitimitio, vel non? Et videtur quòd talis legitimitio non valeat; imò, quòd illa clausula & modificatio ipso jure tollatur de medio, & remaneat legitimitio valida, pura, & perfecta, ut filius legitimatus succedat tanquam verè legitimus, ac si talis clausula vel modificatio non esset apposita: Primò, quia sicut filius legitimus & naturalis non potest dici legitimus quoad quid, & quoad quid non; ita nec filius legitimatus: quia aliàs esset quid monstrum & impossibile, argumento text. in cap. Per venerabilem. §. 1. Qui filii sint legitimi. & Gloss. ordinar. & ibi communis opinio in cap. Cum inhibitio. §. 1. de Clandestina despons. Secundò facit text. notabilis in leg. Si tibi. 34. ff. de Adoption. ubi dicitur, quòd non potest quis adoptare vel arrogare filium alterius usque ad

Ant. Gomez ad Leg. Tauri.

M

tum.

certum tempus, sed illud tempus subducitur de medio, & remanet adoptio vel arrogatio simplex & perfecta: & ad hoc notat ibi Glossa ordinaria; licet communiter DD. intelligant, quòd imò vitietur totus actus adoptionis. Tertio facit, quia non potest quis esse in duplici statu contrario: textus est in leg. Si pariter. in fin. ff. de Liberali causa. text. in leg. 1. vers. final. Cod. de Latin. libert. tolend. Confirmatur etiam, quia non potest pater filium suum emancipare quoad unum actum, secundum communem opinionem in leg. 1. §. Hoc autem. ff. Ad Trebell. Quarto facit, quia pactum appositum contra naturam & substantiam alicujus actus, vel contractus, vitiat, & tollitur de medio: textus est in leg. Cum precario. ff. de Precario. text. in leg. Cum manu sata. in fin. ff. de Contrahend. emptio.

Sed his non obstantibus, contrarium est tenendum; imò, quòd talis clausula, & modificatio posita in legitimatione valeat & teneat, & non subducatur de medio. (l) Sed illa non est propriè legitimitio; sed potius quædam dispensatio, quæ potest fieri quoad quædam, quoad quædam non, argumento text. in cap. 1. de Filiis natis ex matrimonio ad morganaticam contracto. in lib. 2. Feudorum. text. in leg. 2. Cod. de Jure aureorum annulorum. text. in leg. Si ab eo. Cod. de Legitimis hered. text. in leg. Cum ex oratione. ff. de Excusatione Tutor. Et in expresso istam sententiam & conclusionem tenet Anton. de Butr. in cap. Per venerabilem. 14. colum. in princip. versic. Sed est dubium an pater. Qui filii sint legitimi. Paulus de Castro, qui notabiliter loquitur in leg. Pactum dotale. Cod. de Collationib. final. colum. & quæstion. & ibi Alexand. 2. colum. num. 5. Jason 2. colum. in medio. Philipp. Dec. 5. colum. num. 14. idem Paulus notabiliter in Rubric. Cod. de Jure aureorum annulorum. 1. colum. num. 5. idem Paulus post Angel. de Perus. in leg. Si ab eo. Cod. de Legitimis heredib. idem Paul. in leg. Soler. ff. de Jurisdiction. omnium Judicum. Socin. singulariter in Rubric. ff. de Liber. & posthum. 1. colum. & ibi Jason 33. colum. versic. 2. notabiliter limita. Alexandr. in leg. 1. §. Hoc autem. ff. ad Trebell. final. colum. num. 9. Georg. Nota in cap. Quamvis pactum.

(k) Vide Tell. idem probantem in leg. 12. Tauri. num. 43. Castill. ibidem verb. de los otros parientes. Joan. Lup. de Palacios, rubric. 40. & 46. & 47. Cifuent. num. 4. Matienz. in leg. 10. titul. 8. lib. 5. Recopil. glos. 7. num. 2.

(l) Idem tenet Decius cons. 338. num. 3. Chassan. consil. 39. num. 67. Curtius Senior cons. 37. num. 6. prope fin. Alciat. in leg. 2. princip. num. 51. de Verborum. cum multis quos refert & sequitur Matienz. in leg. 10. tit. 8. lib. 5. Recop. glos. 1. num. 4. Tell. in leg. 12. num. 21.

sum. de Pactis. lib. 6. colum. 2. num. 3.

Ex his remanent etiam leges X. XI. & XII. quæ sequuntur, sufficienter declarata: ideo amplius in eis non insulto.

TEXT. XIII.

POr evitar muchas dudas, que suelen ocurrir acerca de los hijos que mueren rezien nascidos, sobre si son naturalmente nascidos, ò son abortivos: Ordenamos, y mandamos, que el tal hijo se diga que naturalmente es nascido, y que no es abortivo, quando nascido vivo todo, y que à lo menos despues de nascido viviò veinte y quatro horas naturales, y fué baptizado antes que muriese: y si de otra manera nascido, muriò dentro del dicho termino, ò no fué baptizado, mandamos que el tal hijo sea havido por abortivo, y que no pueda heredar à sus padres, ni à sus madres, ni à sus ascendientes. Pero si por el ausencia del marido, ò por el tiempo del casamiento claramente se provasse que nascido en tiempo que no podía vivir naturalmente, mandamos, que aunque concurrant en el dicho hijo las calidades susodichas, que no sea havido por parto natural, ni legitimo.

Id est:

Ut occurratur multis dubiis, quæ de iis accidunt, qui intereunt recenter nati; nimirum an sint naturaliter nati, an verò sint abortivi? Ordinamus, ac precipimus, ut ea proles dicatur naturaliter nata, & non abortiva, quæ tota est nata viva, & à partu vixit ad minimum viginti quatuor horas naturales, fueritque ante mortem baptizata. Quod si aliter nata interierit ante prædictum terminum, aut non fuerit baptizata; precipimus ut ea proles habeatur pro abortiva, neque possit succedere in paternis, aut maternis bonis, aut ascendentium. Verum si ex mariti absentia, vel ex tempore conjugii deprehendi potest clarè, prolem eo tempore esse natam, quo naturaliter vivere non posset; precipimus, ut quamvis in ea concurrant qualitates superius dicta, non habeatur pro partu naturali, nec legitimo.

COMMENTARII

In Legem XIII.

SUMMARIUM.

- 1 Filio præterito an competat jus dicendi nullum contra testamentum patris?
- 2 Intellectus. §. Ita demum. versic. Posthum. Institut. de Hæreditat. quæ ab intestat. deferunt.
- 3 Si posthumus præteritus nascatur in vita patris, & similiter in ejus vita decedat, an testamentum reconvalescat?
- 4 Per natiuitatem posthumi rumpitur testamentum. Et quid requiritur?

NOta decisionem hujus legis: Pro cujus perfecta declaratione dico & præsuppono, quòd testamentum in quo filius præteritur à patre (hoc est quando non est institutus, nec legitime exheredatus) est ipso jure nullum, & filio competit jus dicendi nullum: textus est in leg. Inter cetera. ff. de Liber. & posthum. text. in leg. 1. & per totum. ff. de Injust. rupt. de quo magistraliter dixi suo proprio loco, scilicet in materia Ultimæ voluntat. in articul. de Remedio & Successione contra testamentum. Quod tamen debet intelligi in filio jam nato: secus tamen est in posthumo; quia si prætereatur, non redditur testamentum nullum antequam nascatur, sed postea statim ipso jure efficitur testamentum nullum: textus est capitalis & expressus in leg. Posthumus nato. Cod. de Bonorum possessione. contra tabul. cujus verba sunt: Posthumus nato, qui neque hæres institutus à patre, neque nominatim exheredatus est, testamentum rumpitur. quod probat aperte text. quia ablativus absolutus resolvitur in conditionem, ut in leg. A testatore. ff. de Condition. & demonstrat. ergo cum textus dicit Posthumus nato, intelligitur, id est Si posthumus nascatur, testamentum efficitur nullum: Ergo ante natiuitatem bene valet: & ad hoc notat & commendat ibi Glossa ordinaria, Odofred. Petrus, Cynus, Jacob. Butr. Bartol. Bald. Angel. Salycet. Paul. Alexand. Jason Corn. Franc. Curt. Philipp. Dec. textus in leg. 1. ff. de Injusto, rupt. textus in leg. Posthumi. eodem titul. text. in §. Posthumi. versic. 1. Institut. de Exhereditat. liberor. cujus verba sunt: In præterito valet quidem testamentum, sed postea agnatione posthumi rumpitur, & ea ratione totum infirmatur. & in expresso idem dis-

disponit lex 20. titul. 1. 6. part. Cujus ratio vera & fundamentalis est: quia dum posthumus est in ventre, adhuc non est homo, nec in patria potestate, nec suitate; sed omnia jura suitatis reservantur sibi in tempus natiuitatis: textus est in leg. final. ff. de Collation. bonor. ibi: Nam antequam nascatur non potest dici in potestate morientis fuisse. text. in leg. final. ff. de Adsignand. libert. textus in leg. 1. §. Totiens. ff. de Ventre in possession. mitten. text. in leg. Antiqui. ff. Si pars heredit. petat. cujus verba sunt: Antiqui libero ventri ita prospexerunt, ut in tempus nascendi omnia ei jura integra reservarent. textus in leg. Qui in utero. ff. de Statu homin. text. in leg. Intestato. §. Principem. ff. de Suis & legitim. heredib. text. in leg. Cum quidam. §. Quod dicitur. ff. de Acquirend. heredit. text. in leg. Quod dicitur. ff. de Verborum significatione. text. in leg. Posthumus. Cod. de Collationib. text. in leg. Cum inter veteres. Cod. de Fideicommissar. libertat. ibi: Et homo fieri speraretur. textus in §. Cum autem. Institut. de Tutel. Et in expresso istam rationem ponit Bald. in leg. Si pater. Cod. de Institut. & Substitution. 4. colum. num. 12. idem Bald. in leg. Qui se patris. Cod. Unde liber. 2. colum. versic. Venio ad primum. Socin. in leg. Gallus. §. Si ejus. ff. de Liber. & posthum. 1. colum. in medio. Jason in leg. Si à primo. eodem titul. penultim. colum. versic. Tamen adverte. Philip. Decius in leg. Posthumus nato. Cod. de Contra tabul. 2. colum. num. 3. (m)

Ant. Gomez ad Leg. Tauri.

(m) Vide Matienz. in leg. 2. tit. 8. lib. 5. Recopil. gloss. 2. num. 4. Velazquez de Avend. hic, gloss. 2. num. 3. Palacios Rub. num. 9. Olan. de Verbis Juris. verb. Naturaliter. Unde per hanc legem jus antiquum corrigitur tribus modis: Primò, dum jure Digestorum non requirebatur quòd integer posthumus nasceretur, ut abortivus non diceretur; quia etiam si integer non nasceretur, dummodo viveret, abortivus non dicebatur, sed testamentum rumpebat: text. in leg. Quod dicitur. ad fin. ff. de Liber. & posthumis. & in leg. Non sunt liberi. 14. de Statu homin. traddit Velazquez de Avend. hic, gloss. 1. num. 1. Matienz. in leg. 2. titul. 8. lib. 5. gloss. 2. num. 1. Hodiè verò per legem nostram quòd integer nascatur requiritur, ut abortivus non dicatur. Secundò: quia jure Digestorum, si vivus nasceretur, licet statim moreretur, abortivus non dicebatur: text. in leg. Quod certatum. Cod. de Posthum. hered. Institut. ibi: Si vivus perfectè natus est, licet illico postquam in terram cecidit, vel in manibus obstetricis decesserit. text. in leg. Uxoris abortu. ibi: Quamvis natus illico decesserit. Cod. eodem titul. traddit Velazquez hic, glos. 2. num. 1. Matienz. ubi supra. num. 2. Azeved. in dict. leg. 2. titul. 8. lib. 5. Recopilat. num. 3. cum aliis, quos ipsi allegant: Hodiè verò per legem nostram requiritur quòd per xxiv. horas vivat, ut abortivus non dicatur. Tertiò, jure digestorum non requirebatur ut abortivus non diceretur, & succedere parentibus posthumus posset, & rumpere testamentum, ut aquam ex sacro fonte susciperet, ut tenent DD. supra allegati: Hodiè verò per legem nostram hoc requiritur; & ut lex nostra verificetur, sufficit ut posthumus is ab obstetrice aquam Spiritus Sancti recipiat, ut traddit Velazquez hic, gloss. 3. per totam. Quod si hæc tria concurrant, poterit posthumus rumpere testamentum, succedere, & transmittere, ut docet Matienz. in dict. leg. 2. titul. 8. lib. 5. gloss. 2. ad finem. Azeved. ibid. num. 3. Velazquez hic. Gloss. 3. per tot.

Advertendum tamen, quòd contra istam rationem, & jura prædicta facit textus terribilis & expressus in §. 2. alias, Ita demum. vers. Posthumi. Institut. de Hæreditat. quæ ab intestat. defert. ubi expressè probat textus, quòd posthumus dum est in ventre, & antequam nascatur, est suus, & habet jura & privilegia suitatis: ergo testamentum deberet esse nullum. Cujus verba sunt: Posthumi quoque, qui si vivo parente nati essent, in potestate ejus futuri forent, sui hæredes sunt. Istam difficultatem movet Jason in dict. leg. Si à primo. ff. de Liber. & posthum. penultim. colum. num. 18. & eam non solvit; sed tantum dicit, quòd oportet ad illum textum facere aliquam violentiam: idem Jason. in leg. Posthumus nato. Cod. de Contra tabul. 1. colum. num. 3. Sed ultra Doctores, ego dico, quòd ad illum textum est facilis & vera responsio, scilicet quòd intelligatur in posthumo jam nato; nam ille propriè dicitur posthumus, quasi natus postmationem & mortem patris, ut est textus clarus & expressus in leg. 3. vers. Posthumus. ff. de Injusto, rupt. cujus verba sunt: Posthumus autem dicimus eos duntaxat, qui post mortem parentis nascuntur. & ibi notat Glossa ordinaria, Bartol. & communiter Doctores: tenet etiam Glossa ordinaria in leg. Gallus. ff. de Liber. & posthum. in verb. Posthumus. & ibi Bartol. & communiter Modern. Alexand. in Rubric. eodem titul. Glossa, & ibi communiter DD. in Rubric. Cod. de Posthum. hered. Institut. Glossa,